

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

8. De Artificio Suasionum & Dissuasionum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

*Platus l.i.  
c.14.*

falsus animæ, corporis, fortunarum, compendiosius est ad suationem, & dissuasionem iter. Ecce Olibano comiti multis criminibus immerso, suadendum fuit, ut religiosum institutum arriperet? Quz honestatis illecebra, aut utilitatis magnitudo hominem ad alia omnia, ut videbatur, proflus natum inflectere potuisset, ut id consilij caperet? At vbi à viro sancto, cui suam conscientiam permisera, audiuit nullum aliud ad æternam felicitatem sibi iter esse relictum: Homo, qui à teneris aula delicijs assueverat, ita repente est immutatus, ut relieto pristino vite genere, torum se religiose discipline committeret. Orcynus hamo captus luculentius sibi vulnus infert, ut hamum extrudat: Qui veneno infectum habent membrum, id patiuntur, quanquam acerrimo dolore excindiri, lanienam omnem subeunt, ut quod reliquum est vita, seruent, ac tueantur, inducti vna ratione necessitatibus.

*Orcyni  
piscis ars.  
Elianus  
de anima-  
bbo.  
Ciceron  
Phil. 4.*

Nec aliud habet potentius argumentum M. Tullius ad suadendum bellum aduersus M. Antonium, quam istud, Agitur enim, non qua conditione victari, sed victurine simus, an cum supplicio, ignominiaq; perituri.

Additur his quoque capitibus facilis, iunctudine ratio, qua non leue ad inflectendos animos forrita est momentum. Quamuis enim res, & honesta sit, & multas contineat cum honestate coniunctas utilitates; tamen nimis sit operosa, deterret plerumque animos, & minores habet ad suadendum emulções.

#### De argumentis, & affectibus generis deliberatiui.

#### CAPVT VII.

*Dilector.  
gen.*

**A**rgumenta huius generis primū sunt omnes loci topicæ, de quibus libro quarto fuisus actum est, deinde auctoritates, & testimonia, pacta, conuentiones, exempla, & cetera similia.

Sed nihil ita familiare est, ac sunt rerum, personarum, locorum, temporum, rationum, causarum denique adiuncta, è quibus, si remēdū discutias, inuenies omnia fere decerpī argumenta.

Nec ullum validius est relatum, quam omnis communibus de honestate digres-

sionibus, ad ea, quæ rei intima sunt deuenire.

Affectus autem huius partis præcipui sunt, *Affectus.* desiderij, spei, amoris, timoris. Nam vel bona quærenda proposuntur, & tunc eorum desiderium excitari, atque inflammari solet: vel ad desiderium accedit certa, atque explorata ratio facultatum, quibus ea facile possumus asequi, & hoc spem erigit, erectamque fuerit, ac sustentat: Vel rei bonitas, pulchritudo, utilitas, quasi præsens ob oculos ponitur, ut ardenteries quædam amotis facies injiciat. Si contra dissuadendum est, res impeditæ, difficiles, molestæ, terribiles ingeruntur, quibus motus terroris, & desperationis componuntur.

Demades orator, cum forte ad Philippum Regem legatus missus esset, ut eum Athenarum desiderio incenderet, urbem descripti in mensa. Contrà, Ciceron ut pacem dissuadeat cum M. Antonio sanciendam, postquam nullam intercedere posse ostendit, ut motus terroris, & odij inurat, eius crudelitatem depingit.

Nullus ei ludus videtur esse iucundior, *Cicerone* quam crux, quam cædes, quam ante oculos *Philip. 4.* trucidatio ciuium.

#### De artificio suasionum, & dissuasionum.

#### C A P V T VIII.

**S**Vasionis igitur, vel dissuasionis hoc primum caput est, ut vene teneantur hominum, intimique corum delibentur sensus, cum quibus res agenda est. Neque solum natura, ingenium, institutio, conditio, sed etiam affectus, ut amores, odia, ineris, voluptates, & priuata quæque adiuncta perquirenda sunt. Quæ, quod melius dignoscuntur, eò faciliorem iuppeditant persuadendi rationem.

Atque ut Imperator in urbis obsidione loca omnia sagacissimè pertinetat, ut qua parte debiliorem viderit, hac impressionem faciat, sic orator omnes pectoris aditus collustrat, antequam destinato, quod cupit, iactu feriat. Hæc ars fuit Alexandri Magni, non minus disterti oratoris, quam naui Principis, qui cum exercitum haberet, ex varijs gentibus conformatum,

Aatum , varia oratione , vt cuiusque animis aptum erat, milites alloquebatur. Macedones tot bellorum in Europa victores, ad subigen-dam Asiam, atque ultima Orientis, non ipsius magis , quam suo ductu profecti , inueterata virtutis admonebantur. Illos terrarum orbis liberatores, emenfisque olim Herculis, & Liberi patris terminos non Persi modo, sed etiam omnibus gentibus imposituros iugum. Macedonum Bactra, & Indos fore: Minima esse, que nunc intuentur: sed omnia victoria parati. Hæc apud generosos animos. Deinde cum videret tot terrarum spatio emensos, nonnulli difficultatum occurruo retardari insinuat.

Non præruptis petris Illyricorum, & Thraciæ saxis sterilem laborem fore: spolia totius Orientis offerti. Vix gladio futurum opus: Totam aciem suo paurore fluctuantem vmbonibus posse propelli. Victor ad hæc Atheniensium Philippus pater inuocabatur, domitè que super Beotia, & vibis in ea nobilissime ad solum diruta species repræsentabatur animis.

Cum adiret Græcos, admonebat, ab ijs gentibus illata Græciæ bella, Darij prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam, terramque populantium, vt neq; fontium haustum, nec solitos cibos relinquenter. Dein Demi templorum ruinis, & ignibus esse deleta: urbes eorum expugnatas: fœdera humani, diuinique iuris violata.

Ilyricos vero, & Thraces rapto viuere as-fuetos, aciem hostium auro, purpuraque fulgentem intueri iubebat, prædam non arma gestantem. Irat, & imbelibus steminis aurum viri eriperent: aspera suorum montium iuga, nudisque colles, & perpetuo rigentes gelu ditibus Persarum campis, agrisque mu-tarent. Ita qua quisque capitulæ delinien-dus.

*Suadentis partes quæ* II. In eo qui suadet, duo potissimum requi-runtur, auctoritas, qua ex sapientia, virtute, opibus, æstate, & ceteris inualescit: Deinde a-mor, & benevolentia in res nostras. Primum igitur maximè solemus moueri eorum sapien-tia peritia, & experientia, qui aliquid lu-a-dent, vel dissuadent, quo eleganter his verbi-bus expressit Ausonius.

*Auson. in epigr. ad Theodosiū Imperat.* Agricolam si flava Ceres dare semina tor-  
r. gradus isibent, si capere arma ducem.  
Solueret de portu classem Neptunus inermem:

Tidere tam fat est, quam dubitare nefas.  
In sanū quamvis hyemet mare, crudæ tellus  
Seminibus, bello nec satis apta manus.  
Nil dubstes autore bono.

Itaque nauum ducem facile sequuntur mil-lites, & in quacunq; partem inflexerit, mo-uenter. Quin laceris, & exarmatis nauigis impositi, nonnunquam tranant maria, & quidlibet moluntur, vnius vii robustissima quadam auctoritate concitat: sin contra im-peritus fit, aut infelix Imperator, tutissima quæque formidat. Similiter in ceteris eue-nit: Nam & peritos medicos requirunt egro-ti, quibus suam salutem committant, quos ybi tales sibi persuaferint, nihil non valetudi-nis recuperandæ caussa sub eorum auspicijs faciunt, callidos, & longo rerum vlti tritoes nautas nauigantes, doctos præceptores disci-puli, bonos fabros, bonos sartores, bonos etiam cerdones quisque desiderat, quibus rem suam committat. Ad peritiam accedat oportet integritas, & certa in nos benevolentia. Nam si peritissimum hominem in ea re, quam ag-Similat-  
gredimus, nacti sumus, versutum tamen, falla-re, & co-  
cem, & sui potius amantem, quam nos sit, de-suti simul prehendamus, eius suasiones, & dissuasions detinim-  
auersamur. Hoc Virgilii in oratione Iuno-hil per-  
nis, & Veneris indicare voluit quanto Ænei suadi-  
dos. Nam Iunonem blanda, & valde probabili  
oratione de retinendo Ænea Carthagine lo-  
quentem induit.

Sed quis erit modus, aut quo nunc certamini tanto?

Quin potius pacem aeternam, pacatosq; hym-neos

Exercemus? habes, tota quod mente petisti,  
Ardet amans Dido, iraxitq; per offa furti-  
rem,

Communem hunc ergo populum, paribusq;  
regamus

Auspiciis: liceat Phrygio seruire marito,  
Dotalesq; tua Tyrios permittere dextræ?

Quid hac oratione in speciem honestius, aut virilius? nec tamen persuadetur Venus. Cur? -- Sensit enim simulata mente loquaciam, nec sibi tam benevolentiam Iunonem credere poterat: frustra igitur laborant in suaden-do, aut dissuadendo, qui munimè diliguntur, aut amici non putantur. Prius denincire pe-  
tus oportet, quod ferias, quod si laboret aliqua suspicione, paulatim obsequijs, & certis benevolentie signis euellenda est, antequam res longius progrediatur. Contra, si nihil obsti-

obstiterit, si sapientia, si integritas, si fida in  
suadente benevolentia, magni sunt ad om-  
nem persuasionem aculei, & qui his fultus ad-  
miniculis suaderet, στύγων πλεον διά τας, Τρό-  
ποις λαλούσι των. συνίψουσι γαρ ἐγρα-  
κτῆς κυρίς, νοεῖτοις δικαιούσι μάστιν ὡς χρόνοι  
*S. Ignatius τῆς καθαρίας*, ut author est D. Ignatius Martyr,  
in epist. ad in epistola ad Philadelphenses , silentio plus  
potest, quam alij verboſa oratione. Mandatis  
enim Dei, & iustitia praeceptis congruit, ut  
fides citharae.

*Cicer. 5.  
in Ver.  
Cart. L. 4.*

III. In argumentis videndum est, ut minu-  
ta succidantur, ea autem proferantur, quae ma-  
ioris sunt ponderis, qualia sunt diuina; Nam  
omnes religione momentur, & nulla res multi-  
tudinem efficacius regit. Plenæ sunt exem-  
plis omnium gentium historiæ, in quibus fal-  
sa etiam superstitione deluse mortalium vol-  
luntates in omnem partem flexibiles impelli-  
luntur. Atque, ut ait Valerius Maximus,  
prisci Romani statas, solemnesque ferias Ponti-  
ficium Scientia, bene gerendarum rerum au-  
toritate, augurum obseruatione, Apollinis  
prædictio[n]es vatum libris, Potentorum  
depulsa Herosca disciplina explicati volu-  
runt.

His artibus Zoroastres apud Babylonios,  
apud Lacedæmonios Lycurgus, apud Athene-  
nenses Minos, apud Romanos Numa multa  
suaderunt: Verum, fraude superstitionum  
agnita, nullum argumentum est debilius.

Divinis proxima sunt humana, θεῶν ἀντί-  
τικὰ, que spectabilem damnum inferunt, ut  
morbi, plagiæ, membrorum mutilationes,  
amissio fortunarum, quorum propositi terro-  
res si imminent videantur, potentissimis ma-  
chinis animos percellunt.

A vaporka consequuntur bonorum spes,  
& promissiones, quibus quisque pro suo in-  
genio, ut superius demonstratum est, affici-  
tur; quo certiora autem videntur, eò plus affi-  
ciunt:

*Suasionis  
forma &  
modus.*

Quarto, quod ad modum attinet, videndum  
est, ut cōmodo loco, ut opportuno tempore, ut  
mimicè suspiciose, & reluctanti, eius qui mo-  
uendus est animo, prima fiat aggressio; Dein-  
de, ut non apparata, non insidiata videatur  
oratio, non verboſa sit, non picta, non ueni-  
liter lascivens; sed simplex, honesta, sincera;  
parca verborum, sententijs, & argumentis  
prelia, quod maximè fieri oportet; ubi de re  
negotiola sermo est, apud callidas, & occupa-

tas aures, adde etiam suspicaces: nam tunc  
omnis ornatus habetur pro dolo.

Alia tamen agendi ratio est in floridis ar-  
gumentis, qualia solent esse Ethicorum Phi-  
losophorum: tales enim orationes expolito-  
rem, quanquam sobriam illam quidem, & mi-  
nime fucatam desiderant: iuicit nonnun-  
quam verbis res, & experimenta coniungere,  
quod Cyrus admodum prudenter fecisse, me-  
moratur à lusino, qui cum expeditionem in  
Medos pararet, conuocato populo iubet o-  
mnes præstō cum securibus adesse, & sylam  
vix circumdatam excidere. Quod cum stren-  
ue fecissent, eisdem postea die, ad paratas  
epulas invitat: Deinde, cum alacriores ipso  
coniuicio factos videret, rogat, si conditio pro-  
ponatur, utrius vitæ sortem legant, hæterni la-  
boris, an præsentium epularium, præsentium,  
ut acclamaure omnes, ait, Hæterni similes  
labori omnem vitam acturos, quoad Medis  
pareant: se sequitos hodiernis epulis. Lætis  
omnibus Medis bellum infert: ita re ostendere  
oportet, quod suaderet: nihil enim est ad in-  
fringendam aliorum dissuasionem, nostramq;  
sententiam confirmandam potentius.

Si res desint, valida sunt exempla sèpius ob  
oculos ponenda, quæ magnum in utramque  
partem momentum habere solent.

#### De exhortatione & cohorta- tione.

##### CAPVT IX.

**E**xhortatio differt à suacione, quod hæc  
sit consilij, illa motus: in suacione si. *Exhorta-*  
*tio differt*  
quidem Orator docere, in exhortatio-  
ne inflammatre ntitur: quamobrem, & in à suacione:  
suadendo, ut re adhuc incerta, plus argumen-  
torum est, in exhortando plus cæloris. Proui-  
dendum est in primis, ut res, ad quam hortau-  
mur alios omnes, numeros habeat honestatis:  
nam si quid tupliculi apparet, rationibus  
prius erit dilucidum, quam motus, & affe-  
ctuum faces adhibenda.

*In exhorta-*  
*tio differt*  
Secundò, nunquam plenè exhortandum tanto ani-  
videtur, antequam de rei facilitate constet: *mus prius*  
nam si minimè conuictos, & reluctantes ad-  
ratione  
huc animos coneris exhortari calidius, idem *vincendua*  
facias, ac si lignum adhuc viride, & crudum *quam*  
*prima aggredione* nitaris incendere. Itaque *mouenda*  
*nec*